



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

46. Si aliquis ordinatus homicidium fecerit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

DCCCC. Qui monachum, CCCC. folios componat.

Si aliquis ordinatus homicidium fecerit.

*Ex Pœnitentiâ.*

XLVI. Si quis Episcopus aut aliquis ordinatus homicidium fecerit, decem annos pœniteat, tres ex his in pane & aqua. Halitgar. lib. 6 c. 1.

Si quis confenserit vel consiliatus fuerit ut homo interficiatur, *Ex eodem.*

XLVII. Si quis ad homicidium faciendum confenserit & consilium dederit, & factum fuerit, septem annos pœniteat. Si verò non fuerit factum, tres annos pœniteat. Halitgar. ibid.

Si quis consanguineum suum occiderit aut seniore, *Ex eodem.*

XLVIII. Si quis proximum & consanguineum suum occiderit, decem annos pœniteat. Similiter si quis seniore & dominum suum dolo trucidaverit.

Ex dictis Ferrandi Diaconi.

XLIX. Periculosè se decipiunt qui existimant eos tantum homicidas esse qui manibus hominem occidunt, & non potius eos per quorum consilium & fraudem & exhortationem homines extinguuntur. Nam Judæi Dominum nequaquam propriis manibus interfecerunt, sicut scriptum est, *Nobis non licet interficere quemquam*; sed tamen illis Domini mors imputatur, quia ipsi eum lingua crucifixerunt dicentes, *Crucifige eum*. Unde unus Burchard. lib. 6. c. 31. & apud Gratian. Dist. 1. de pœnit. c. 23. Joann. 18.